

NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN

144763-B

ALT-

144763 B

120. d. 2/1

Dissertatio

inauguralis

De

Luxu in medicamentis, eius fontibus et damno.

Quam auctoritate et consensu

Illustrissimi ac Magnifici Domini Praesi-
dis et Directoris, nec non Clarissimorum

D. D. Professorum,

pro Doctoris Medicinæ laurea rite adipiscenda,
in Antiquissima, ac Celeberrima Universitate
Vindobonensi

publicæ Jatrosophorum disquisitioni submittit

Georgius Const. Ro's a,

Vallachus Vescopolitanus

ex M a c e d.

In Theses calci operis adnexas disputabitur in
Universitatis Palatio die Mensis
Aprilis 1812.

hora

Viennæ Typis Antonii de Haykul.

M. DCCC. XII.

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES
1870

Digitized by Google

Sicut etiam medicinae
ad morbos selectos
ad morbos non multis et multiplicibus
ad morbos selectos
ad morbos non multis et multiplicibus

**Ad morbos propulsandos non multis et multiplicibus,
sed admodum paucis selectis natura opus habet remediis.**

**Frid. Hoffm. Diss. phys. med.
de medic. selectis.**

Digitized by Google

V I R O

P E R ILLUSTRI, CELEBERRIMO,

A C DOCTISSIMO

J. VAL. NOBILI AB HILDENBRAND,

SAC. CAES. ET REG. APOST. MAJEST. A
CONSLIIS, NOSOCOMII UNIVERS. VINDO-
BON. DIRECTORI, PATHOL. ET THERAP.
SPEC. NEC NON PRAX. CLIN. In ANTI-
QUISS. AC CELEBER. UNIV. VINDOBON.

PROFESS. P. O., REG. ACAD. SCIENT,

GOETTING., SOCIET. SYDENH.

HALLENS., ET PHYSIC.

MEDIC. ERLANG. SO-

DALI, etc.

О ПЛУ

БЕЗДЕЯНИЯ, ПРОДОЛЖАЮЩЕГОСЯ

ВО ВОСТОКЕ

СКАМПИЧИ САМОДУХА

А вдруг утром я встал и увидел
вокруг себя множество странных
животных и птиц. Красивые зе-
рнышки из которых состояли
желудки этих существ, были
заполнены самыми разно-
образными предметами.

Среди них было много
различных предметов, ко-
торые я не мог определить
именно, но которые
были явно видны.

Но самое удивительное
из всего было то, что
все эти предметы были
все в одинаковом месте.

Следовательно, все эти
предметы должны были

Cui potius hasce Pieridom primis tam
mendem **VIR PERILLISTRIS** (quam TIBI)
qui primus me aegris auxiliatrices posse
gere manus studiosissime docuisti, et omnes,
in quos juniores. Medici aegrotantium cum
damno allidere solent, syrtes paterne miki
ostendisti. Sed utut hoc summum sit, quo
TIBI tantopere obstringor, ut ingratissimus
essem, nisi ea, quae abs TE accepi, quan-
ti a me facienda sint, agnoscerem, et
omni tempore testarer; aliae tamen adhuc
mihi haud minoris momenti rationes sup-
petunt, ob quas inaugurate hocce specimen
illustri TUO nomini inscribo. Per biennii
enim, et quod ultra excurrit, temporis spa-

tuas TE Moderatorem affabilissimum com-
mendorum mecum Promotorem soletissi-
mum, Benefactorem egregium, et Patrem
sanctum solidum cognovi, colui, nunc
quoque reveror, semperque venerabo.
Si singularis rigitar TUAB benevolentia,
et flagrantissimus TUUS mei
amoris tuu mea sortis columna.
Nęque levis est, qui dissertationi huic-
te accedit, splendor ex TUA in Scientia et
Arte Medica emens Eruditione, quam
equi mei praecoxia pro dignitate effere
non possunt, prætereo, metuens, ne immis-
nuam ea, quae magnitudine sua tollunt
spem amplificandi. Novit eam Augustiss.

mus Imperans, novit quoque zelum TUUM
ac perspicaciam in rite administrandis his,
quae ad sublevandum afflictum genus hu-
manum spectant; ideo praecolare TUO Pro-
fessoris muneri etiam illud Directoris.
Nos ocomii Universalis nuper adjun-
gere gratiosissime dignatus est. Pudet me
profecto vehementer, magis quidpiam TIBI
a me sacrari non posse; sed mola salsa li-
tat, qui thura non habet; deminatur mihi quo-
que rubor, quum id TIBI offero, quod omni-
no TUUM est: remediis quippe paucis et
certis, vilibus et aptis, simplicibus, ac plu-
rimum vernaculis morbos felicissime im-
petere nos et docuisti et doces.

Accipe itaque **VIR PERILLUSTRIS!** pa-
gellas hasce candidissimum ac gratissimum
animum meum undique spirantes sereno, ut
soles, vultu, meque **TUI, TUAEQUE** cha-
rissimae Familiae ad cineres usque memo-
rem futurum, iisdem, quibus hucdum obse-
quentissimum discipulum **TUUM** affecisti,
gratiis cumulare perge. Has ego ut rite
promerear, omnibus semper adnitar viri-
bus. Vale, vige, et fave

TIBI

Dabam Viennae die

18. Mensis Martii 1842.

*observantia
adstrictissimo
Georgio Ro'sa.*

1. *Constitutive* *and* *inductive* *models* *in* *Macroeconomics*
2. *Philippe* *et* *al.* *1980* *on* *the* *equilibrium* *model*
of *Keynes*
3. *John* *Maynard* *Keynes*
4. *John* *Maynard* *Keynes*
5. *John* *Maynard* *Keynes*

Proemio.

Saluberrimæ, quæ summis in Arte Medica honori bus condecorari cupientes Specimen inaugura le edere jubet, legi morem gesturus, illam constitutæ publicæ Eruditorum disquisitioni subjicere dissertationem, quæ Luxum in medicamentis, ejus fontes et damnum sisteret. Nemo autem sit, obsecro, qui credat, eo me fine hanc materiam elaborandam suscepisse, ut laudem aucuper, seu cum Tullio loquendo, ut me in tam splendidam societatem tamquam in equum Trojanum audacter includerem. Lubens enim fateor, objectum tale, in quo vita et mors, dissipatio et parsimonia consideranda venit, vires meas omnino excedere, et quam parum ego Luxum hunc pharmaceuticum isthoc meo conamine suffocabo, abunde docet rei difficultas, quæ ferventissimos doctissimorum Virorum medicinam simplicem redendi conatus effecit vanos irritosque. Nam at

ejusmodi negotium perficiendum non utus, sed unanimis plurimorum consensu requiritur; huic autem obstaculo illud est, quod Kretschmarus notavit: quemvis nimirum Medicum sua habere remedium, suam apud ipsum multiplici applicatione fiduciam lucrata; deinde ita plerosque, ait ille, esse constitutos, ut a sua medendi norma recedere neutquam velint.

Sed et illud in limine præmittendum habeo: ne quis videlicet sibi persuadeat, præsens opusculum res quasdam novas, e propria cognitione penu depromtas continere, in aquula enim ista incipientibus tantum sapere propinata delphinos natare qui doceam ego? — Universale solum circa luxuriem in medicamentis judicium Orbis erudito substerno. Quocirca virorum in naturæ Lycae optime versatorum eximia super hac materie scripta legi non pauca, omnia non potui, quum eorum plura nec possideam, nec ad manus mihi devenerint, etsi studiose undique ea conqui- siverim. Itaque si labor hic meus qualisqualis aliqua saltem ex parte doctis probabitur, lætabor sane magnopere; sin minus, ipsa conaminis conscientia mihi solatio erit, et, quidquid Viri manu mente et operé in Medicina exercitatissimi in hisce pagellis aut corrigendum, aut improbandum judicabunt, grata id docilitate agnoscam.

For example, *Aspergillus* fumigatus can produce a
pigment called fumigatus, which inhibits the growth
of other fungi. *Penicillium* chrysogenum produces
penicillin, an antibiotic that kills bacteria. *Candida*
albicans produces a pigment called melanin, which
protects the mold from ultraviolet light.

Philippon, long. 18.5 cm., lat. 10.5 cm. Hæd. 10.5 cm.
Anterior part of the pectoral fin black, the rest of the fin
and caudal appendage white, except the upper part of the latter
which is black. The flanks greyish, the sides yellowish
yellowish green. The flanks greyish, the sides yellowish
Notiones praeviae. In this species
the scales are numerous, the diameter of the eye being
slightly greater than the diameter of the mouth,
and the gills oblique, so that they do not overlap.
Both the anterior and posterior nostrils are
anterior nostril is large, the posterior is small.

Pauxiliorum, quod cum adseclis suis Paracel-
sus inventire satagebat, si possideremus; non so-
lum tutius et facilius omnes sanaremus morbos,
sed quanto quoque labore sublevaremur! quo plu-
rimas hodie vitæ dies noctesque terimus, ut peni-
tissime affectias corporis partes indagare, et me-
dicamenta morbo, parti eo pressæ, ægri sexui,
ætati, vitæ generi, aliisque sedulo Medico ob-
servandis adjunctis congrua subministrare valea-
mus. Sufficeret profecto tum scire, hominem
ægrotare; nulli foret usui indefessum Anatomiae
navare studium; tot animalia, tot mineralia, tot
plantas, quæ omnia non per se tantum sola, sed
diversimode etiam aliis sociata, mixta, cocta,
tusa, varioque præparata artificio medicaminum

— 12 —

veniunt nomine, noscere haud oportet, inque horum efficaciam rimandam, operandi rationem dignoscendam, formam, ac, qua ægris propinatur, dosin determinandam incumbere haudquam foret necesse; morbis demum accuratissime discernendis tempus impendere, superfluum omni, no esset.

At vero de tali armorum genere, quod, non dico omnes, sed vel unius morbi speciem certo semper eventu profliget, inveniendo esse desperandum, nonnisi is, qui Apollinis sacrarium ne a limine quidem salutavis, *infecti agmina* i *Mondit* igitur adparatus pharmaceuticus nobilissimum adflictorum solatum. Neque abs re tantam medicamentum copiam nobis, tamque provide suggestit benigna natura, ut, quod cuivis necessitati judicavit esse commodum, illud cuique terræ proprium esse voluerit, et inquilinum, ut adeo nec adversus endemicorum morborum tædas deridentur præsidia. Sic septentrionalis Europæ tellus abunde producit Cochleariam, Brassicam, Allium, Nasturtium etc.; et ubi liberius sævas intendant minnas, exerceatque vires scorbutus ac ibi Americae septentrionalis incolæ vivunt continuo obsessi me fu lethiferi serpentum morsus; at hanc mortem avertere valet Polygala Senegæ numerosa ibidem succrescens prole. Régiones ad tropicos sitæ, quæ creberrimas inflammatoriorum morborum experientur injrias, vix notabilem tenerent Hominem numerum, ni limoniis, aliisque, qui tanto incendio ad ultimam usque favillam extinquento pares sunt, fructibus foecundæ propaginis adflue-

rent. 1.) Ita nulli terre angulo in mortuum expiatione desunt remedia, neque inficta foret mortalibus poena sine solatio, et famae imperata sine cibo.

Medicamina vero homines morbis opposuisse, non ratione dictos, sed necessitate adactos luculentem demonstrant instinctus atque naturae humanae vias, in propriasalute suenda, cunctisque, quae accidunt, malis oppugnandis sollicita. Evidenter enim aliud sunt rerum appetitus, quos in hominibus male habentibus sponte obertos cernimus et miramur, dum dolor et anxietas mentem exagitat, et ad obtainendum auxilium cogit? Exemplum est in febricitantibus aquosa et acida avide haurientibus, carnem vero pistes et eva fastidiantibus. Puella chlorotica cretam calcemque ropendo, malo mederi ntitur, nulla animi prudenteria, sed insita vi edocta. Febre putrida conspici appetunt acida, quamvis haec patredini adversa esse, profunde ignorent. Ex similibus effectibus innotuit certorum remediorum efficacia. Neque exiguis est numerus illarum herbarum, quantum via ex naturali brutorum instinctu cognita esse; quis si Plinio fides, etiam venae sectio nem et elysmatum usum ab animalibus edociti sunt homines. 2.) Sed et fortius casus non raro regrum salute excepti notam reddiderunt mortalibus

- 1.) K. Sprangels Versuch ein pragm. Gesch. der Arzneyk. II. Aufl. II. Th. S. 20 — 30.
2.) Hist. Nat. L. VIII. c. 26; — 47.

salubritatem variarum rerum. Ita narrat Willist.
 us 1.) puellam venustam epilepticam, morbi in-
 insulta impulsam supra pranas corruiisse; atque pa-
 re ex ambusta parte fluente, a cataptose liberata
 mansisse. Hinc usus inustionum, scarificationum,
 et setaceorum in hoc morbo notus. Relatum
 porro accepimus, antisepticam Scordii viam aequa
 fortuito fuisse detectam casu, quam niente ad-
 verteretur, militum in aie cæsorum cadavera
 prope Scordium delitescentia minus, quam alia
 putruisse. 2.) Non minus ex eventu opinioni con-
 trario nata est cognitio virtutis medicamentorum.
 Ita dum exhibita Ipecacuanha vermes expellantur;
 vel dato, ad inducias morbo ferendas opioq;
 ipse morbus augetur; vel tunc spiritus vitrioli et
 rore instillatus oculo, ophthalmiam sanavit. (g)
 Multorum item remediiorum vis manifestata est
 experimentis extra corpus institutis, summa sed-
 dulitate dijudicatis, et debita sub cantela ad cor-
 pus vivum translatis. Sic nobis consitit multe-
 rum antiseptica vis, terrarem, et alcalinorum
 in domando acido efficacia, etc. 4) Plurimorum
 vero salutaris facultas eruta est ex attenta ob-
 servatione phænomenorum, quæ assumto preme-

1.) Pathol. cereb. c. 4.

2.) Phil. Amb. Mather. Praelect. in Hermann-
 Boerh. Inst. Med. Tom. I. p. 42.

3.) J. H. Schulzij. Diss. de inexp. medic. ex Hal.
 1739.

4. F. J. Voltelen. Pharmacol. univ. P. J. 248. 1.

dio in corpore oboriri solent, vocando simili ib
subsidiū analogiam justo ratiocinio institutam.
Hoc observandi studium Veteribus supra quām
dici potest, fuit cultum. Hæc enim videntur fuis-
se Medicinæ primordia, inquit Illustrissimus
Swietenius, dum illa, quæ in se ipsis vel
aliis ægrotantibus viderant profuisse, svadebant
iterum aliis hac spe, ut prodessent similiter. 1)
Atque his modis factum est, ut diversa pro di-
versis malis eradicandis innotescerent remedia.
Sed primævis hominibus corpore donatis de-
sidia et insanis voluptatibus necdum laccessito,
modoque vivendi simplici utentibus, procul du-
bio admodum angusta esse debuit penus pharma-
ceutica. Illa enim sola placuerat naturæ esse
remedia, paratu vulgo, inventu facilia, ac sine
impedio, ex quibus vivimus. 2) Et verissime
ait Romantis Philosophus: Medicina quondam
paucarum herbarum fuit scientia. Nec est mi-
rum, tum illam minus habuisse negotii, firmis
adhuc corporibus, et facili cibo, nec per artem
voluptatemque corrupto. 3) Simulac vero senior
etas otio et cupiditatibus dedita sobrium vivendi
morem, quo cani ejus meruere Majores, declina-
re, luxuriaque et perdita ex Apicci mensis cibo-
rum ingluvie delectari coepit: pænæ loco plus

1.) Comment. Aphor. §. 10.

2.) Plin. Hist. Nat. L. XXIV, c. 1.

3.) Luc. Am. Seneca Epist. 95.

res emergentes morbi pluram medicaminum invitarent necessitatem. Illis deinceps temporibus, quae diversae sectae mox variae sibi de medicatricibus corporum viribus effingebant hypotheses, mox ridiculis adhaerebant superstitionibus, mox innumeras fatras laudabant compositiones, mox talia ad medelam transferebant, quae nihil sunt nisi rationis entia, et svavia sed vana imaginatio-
nis ludibria, foedeluxuriabatur Ars salutifera me-
dicaminibus, nam innumeras existebant Aquæ
destillatae, balsama, essentiae, extracta, magi-
steria, emplastra, liquores, pulveres variæ, pilulae,
tincturæ, unguenta, diversæ animalium partes,
uti dentes, pulmones, ungulæ, pili, ossa, imo
(pudet, pigetque effici) testiculi, priapi, sterco-
ra, lotium, aliaque absurdæ, de quorum salu-
taribus viribus dubitare, piaculum tum fuisse et
crimen læsæ facultatis. Hoc non satis; nam ne-
que auto, neque adamanti, neque aliis gemmis,
margaritisque pretiosis parcerbatur, quæ in thecis et
pyxidibus asservata officinas ornabant, ægris vero
propinata, eorum corpora onerabant, terribiles se-
rius edentia strages. Dies me deficerent, si adhuc
omnia illa et singula recensere vellem, quæ cir-
cumforaneorum fraudibus magni nominis et omni-
nis esse prædicabantur.

Pretiosa hæc, frivola et sordida nequaquam
continebuntur præsentis dissertationis ambitu,
siquidem in sublestam eorum fidem, suspectam
opem, et atrocem, aut saltem nullum effectum,
dudum jam seduli Naturæ scrutatores dixerunt,
ut adeo de suis hodie detrusa subselliis, æterna
obli-

— 17 —

oblivionis caligine damnata squaleant. Illa solum isthic respicientur, quibus casta Virorum rationalis praeceos amantissimorum experientia dctrice luxuriare Medicinam novimus.

Tota autem opella absolvetur duobus capitibus, quorum primum Fontes luxus pharmaceutici continebit, postremum ejusdem Damnum sistet, adnotatis simul suo ubique loco clarissimis lumibus, quorum luce collustratus huncce ego perfeci laborem.

1890] *Journal of the Royal Microscopical Society*, Vol. 10, No. 100, October 1890.

Caput Primum.

De Fontibus Luxus in medicamentis.

Galenus 1) jam monuit, remediorum inventiendorum initium ex sola morbi natura desumi; morbus namque, ait is 2), ad sui curationem contrarium requirit; sed impossibile est, ut unum contrarium cognoscatur, quin et aliud innotescat, ergo impossibile est, cognoscere remedium, quin morbus ipse cognitus sit. Et revera enormis illa priscae aetatis medicaminum, quorum virtutes ad coelos sublatas legimus, con-

3) Lib. III. meth. c. 7.

2) Lib. II. meth. c. 4.

geries ex neglectu justæ morborum (leviora alia si demas) torrentis mare profluxit). — Sed morborum curam, stabilita rite diagnosi, maximopere quoque dirigit selectio remediiorum, quæ efficacia, pluribus momentis indicantibus satisfacientia, vernacula, morbo, segro, ejus ætati, sexui, etc. respondentia esse debent 2). Ex omnibus hisce bene pensitatis tres principes Luxuriei in medicamentis fontes elucent: Indicatio nimirum injusta, Selectio medicaminum prava, et Inepta præscribendi ratio. Ad hos reliqui ceu ad summa puncta commode reduci queunt. Perpendamus singulum ordine,

I.

Indicatio injusta.

Omnis Artis Medicæ vis in legitima indica-
tione consistit, hujus enim defectu deerit justa
medendi methodus, qua ceu una Diana lampade clarissime videtur: sine ea vero sole etiam lucente per coecos erratur Mæandros, reme-
dia inepte exhibentur, omni momento mutan-
tur, alia aliaque conqueruntur, atque hoc pa-
cto luxui præberi campum quis non videt? Re-

B 2

1) Frid. Hoffm. Diss. phys. med. de medic. select.

2) Val. ab Hildenbr. Init. Inst. clin. p. 155. —
Inst. Pharmac. p. 603.

ete igitur Angliae dumen 1) dicit: In eo præcipue stat Medicina practica, ut genuinas indicationes expiscari valeamus, non ut remedia excoquemus, quibus illis satisfieri posset. Apposite quoque huic facit illud venerandi Praeceptoris (mei 2): Claræ indicationes præceteris ad simplicem medendi rationem ducunt.

Quam autem medicamina, qua corpora naturalia considerata, aegro corpore, dum quounque modo adplieantur, haud aliter agere videantur, quam viribus sibi inditis, quam per ratio svadear, atque accurata obseruatio deceat, eorum vires absolvæ mutatione tum in organorum vivorum materie ac viribus, tum in semetipsis peracta: planissime patet, vires summam constitutere potestatem, qua functiones corporis sustinentur, morbi prævertuntur aut sanantur, morsque repellitur. Itaque saluberrime monet L. B. Störk 3), in morbo corporis constitutionem et vires aegri probè esse considerandas; et immortalis Swietenius 4) sub viribus in aegro corpore sanitatis residuum intelligit, diserteque dicit, indicationes, quae eas rite dirige, ac sustentare intendunt, jure primum mereri locum. Eiusdem mentis est etiam celeberrimus Hufeland 5), cunctique rationales Medici. Ast Medici officium est, non vires solum

1) Th. Sydenh. Op. Med. Praef. p. 33.

2) Val. ab Hildenbr. Rat. med. Tom. I. p. 257.

3) Praef. Med. Pract. p. 1.

4) Comment. Tom. II. §. 598. n. 1.

5) System der pract. Heilk. I. B. S. 196.

aegri, sed omnia quoque; quae in homine secundum naturam sunt, vitam nempe hujusque statum, morbum presentem, hujus indebet, basam, gradum effectusque seire (1). Jam nunc quibus illegitima indicatio modis fons. Quo quis pharmaceutici esse posset, subsequentia ostendent.

Qui aphorismi hujus: Ipmq; qib; vires complicitis pro quo vis separatae morbi separatae indicationes sunt quae rendae, rectum non concipiunt sensum, quod vis symptomata morbi instar per se subsistentis perpendentes, vires hominis diversimode in morbis laedi autem, quo sepius at multiplices formantur indicationes, medicaminum sylvam fore cundantes, quae succideretur sapienti cum doctissimo Gall (2) natura morbi probe cogita. Vires in aegris aut moderate constitutas, aut extremitantes, aut in actionibus suis obrutas, aut languentes, aut demum exhaustas esse posse unusquisque concederet.

Utut vero aegri viribus per Medicum debite consultum sit; morbi causa tamen si non investigetur sedulo, et, dum licet, dumque nullum, quod serius denunciatetur, salutis periculum tertet, non affertur, aut non enervatur operis remediorum, quae effectum sistunt summe efficacem, luxuriabitur nisus medendi medicamenta.

1) Herm. Boerhaave Inst. med. §. 1069. 1083 — 84.

2) Philos. — medicin. Untersuch. über Nat. und Kunst.

S. 459 — 550.

tis, et actionem morbi nequaquam infinget¹⁾). Exemplo sit laeger aetatis virilis, corporis robusti, habitus apoplectici, qui vomit, cajus incarcerata hernia causa est, multum cruciat. Si jam in cura herniam morbo faveantem despiciatur duxeris, luxuriabit medendi methodus antiemeticas, emollientibus, eccopftotiois, fors et aloëticis, opio atisque narcoticis re infecta, ubi sola Cheirurgi manus cum viibus pharmaceuticis satellitibus liberaret virum fusiaturum cruciatibus.

Nec minus luxuriosi sunt illi, qui morbi corporaliter nimis considerant, atque eorum quodvis separato impetuat remedio²⁾. En prodigam praxim! Aliquis torquetur haemorrhoidibus, eodem plane tempore hinc alvus ei obstructa est, illuc flatulentia vexat; hinc cephalalgia furit, illiuc anorexia infestat; accersitus Medens singula haec symptomata indicantibus adnumeras momentis, ingentem medicaminum catervam educet in aciem, et quidem caput obsidebit emplastrum visicatorium, induratam et pertinacem intestinorum sentinam aere scatentem adorientur alvum, aperientia et physagoga, suppetias ferent diversa anodyna et stomachica, ad ani fores excubias agit Unguentum de Linaria, et malum quo oxyus ut ponat caput, clysmatibus oppugnabitur.

Invitat porro luxuriem in medicaminibus neglectus illorum momentorum, quorum unum al-

¹⁾ Chr. Wilh. Hufel. in oben angef. Werke. S. 193.

²⁾ Val. ab Hildenbr. Rat. med. Tom. I. p. 557.

terius repudiat medelam, iquæve Scholis Com-
tra Ænigmata audiunt. Ita lucturiant Corti-
ce Peruviano omnes, quæcumque illum audito se-
lum intermittevis nomine propinanæ græsis.

Ipsa deponitæ græsæ astas, sexus, conseruatio
ac idiosyncrasia formandam indicationem dirip-
gentes, non perpehæ luxum pharmaceuticam pos-
se trahunt. Sic duxis viribus upin, Valeriana, Syl-
vestri, Moscho, Castoreo, Rheo, maliisque re-
medis Dictatarum imprentibus, si idiosyncrasia
eorum abominatur usum, velia cunctis illis, se-
cundum quæcumque arbitrio suorum, supervenienti munera
suum, et amuleta. H, in corpore, in duplo capo et
canticis, et in aliis, ut in pectorum, capo, cordo
etcetera. **Prava medicaminum Selectio.** qd. os
et cunctis tunc ad hoc modum, medicamentis alijs.

Quamquam nihil in medicaminum supel-
lectiliter abjectum, tamque ignobile sit, quod
positis certis adjunctis egregie non prodesset; ad
Medici tamen spectat prudentiam, ut in hoc
quoque passu electionem faciat; secus enim ageb-
do fieri potest, ut ex vulgarium remediiorum
contenuo omnis in ipsum ac Medicinam pereat
fiducia non sine insigni salutis hominum detri-
mento. Quæ vero, in rite sanandis morbis evi-
tabilia juste dici possunt, aut saltem quæ haya-
ra manu exhibenda sunt, licet varii sint gene-
ris, ad duo tamen capita facile revocantur: quæ-
dam nempe pretiæ sunt magni, hisque peregrina
quæpiam nostratis commode supplenda ad-
numerantur; alia autem sunt virtute egena usu-
que minus celebria, quo titulo digna sunt expo-

leta et dulcia. Haud penitabit laboris, si hic loci horum utriusque glassis pauca aliorum ex periculis aqua ita demonstrata adferam.

Meritas remediorum, que a Garamantis et Iodio petuntur, laudes me obtulerunt penitus velle, qui arbitratur, hirrat sane quam vehementissime, me, novi enim perhunc, cuncta, quae ad mortalium salutem, quoquo modo conferunt, et quorum virtutem casta experientia, rectius que decantavit usus, non pretio esse habenda, et, deficientibus aliorum viribus, commode hominum ut inserviant, usui danda. In eorum vero quibusdam, quae magnis advehuntur sumptibus, quae vernaculis nec hilo sunt superiora, ac proinde solo propemodum, apparetis amore ægris exhibentur, luxus est 1). Sic imprimis cui bono Sangvis Draconis, et Terra Japonica, sibibis Toomentilla, Quercus, Alumen, aliqua adstringentia suppetant 2). Estne Quassia superiore vi sua nostro Centaurio, Trifolio fibrino, Absynthio, et amarissima Gentiana 3)? Taimyndos, qui passim adulterantur acetō, frequentissime crevatore tartati et inquinantur cupro, Cassiam, que fistulam inquisitam nostris saperis dulcis acido mixti fructibus praefere, innoxius est nulla venia dignus 4). Balsamum Copavæ et Peruviæ

1) Huxb. Prol. Vol. I. p. 25.

2) Z. Gottl. Huszty Krit. Komment. über die öster. Prov.-Pharm. S. 33.

3) Val. ab Hildenbr. Rat. med. Tom. II. p. 261.

4) Z. Gottl. Huszty in ob. angef. Werke. S. 149.

num supplet Therbinthina minori data dosi,
et opio, si in diarrhoeam procligitas adest, jun-
cta 1). Ad quid sebacem Physeteris substantiam
ex Oceano septentrionali petimus, et rejoimus
Sebum cervinum, ovulum, et quamvis recentem
pinguedinem nostra 2) ? Profecto ipsum Arabi-
cum Gummi nostra Cerasorum Amygdalarum
que gummata supplere possent 3). An nostra
Olea Menthae, Lavandulae, Rosmarini, et Cha-
momillae semper recenter pallata, et nunquam
adulterata cedunt virtute sua peregrinis 4)? An
aso stellato optime surrogari potest Anethum fo-
niculum, Carum carvi, et Pimpinella anisum 4).
Solis specificis equibusdam exoticis, paucisque
aliis, quæ fortuitus detexit casus, uti Cortici
Peruviano, Camphoræ, Opio vernacula substituere arduum est: conservudo tamen quicun-
dam Medicorum plura medicamina specificorum
donavit autoritate, quæ experientia vera haud
quaquam vindicari potest 6). Sic regalias, quas
Moschus possidet, vires summe stimulantes,
penetrantes, nervinas, antispasmodicas mem-
brinas.

1) J. S. Sal. Frank Versuch ein. theor. pract. Arz-
neym. nach d. Grunds. d. Erregungstheor. II. Aufl.
S. 81.

2) Z. Gottl. Huszty in ob. ang. W. S. 51 — 53.

3) Val. ab Hildenbr. Op. et. l. c.

4) Dan. Wilh. Trill. Dispopharmac. Tom. I, p.
307 — 308.

5) Collens Mater. med. sibiricae v. Consbruch. S.
293.

6) Val. ab Hildenbr. Op. citi p. 364 — 365.

non agnoscit; at vero quoties nobis genuinus advehitur? Sed et specialis ejus largissima quotundam manu in nevrosibus, ac repressis exanthematis exhibiti vis magno collaudata clamore, vera praxi non comprobatur. Malum vero si fuerit levius, sufficit Camphora, Spiritus cornu Cervi, et vestigantia 1). Castorei quoque efficaciam laudibus non respondet plene; ab omni volatili Alcali suppleri potest, et cumprimis a Chamomilla vulgaris ejusque preparatis secundum malo hypochondriaco mitigando, seu in parturientium doloribus sedandis seu in spasmodis mulcedidis 2). Nec Serpentaria Virginiana, nec Contrajerva plus erigens et antiseptica est, quam nostra Valeriana Sylvestris, Angelica, Imperatoria, dummodo in bono colligantur loco, et debito asserventur modo 3). Polygalæ segregæ vires spuriæ in peripneumonias specificas haud eritis defenduntur observationibus; meliora facile ipsumque Antimonium di palmam praescribit. Parim modo merita Cascariæ laus utut non sit deneganda; qui tamen Calamum aromaticum, Chamomillam vulgarem, Valerianam officinalem, Absynthium, aliaque tonica amara aromatica nostratio viribus suis inferiora esse censem, nonnisi indurata adversus Corticem exo-

1) B. K. Traite s. Diss. de Moschi Minuti, laud. et abusu. Vratisl. 1783.

2) Jos. Salom. Frank. Surrog. für mehrere ausländ. Arzneym. S. 36 — 40.

3) Val. ab Hildenbr. Op. et h. c.

tioe illius plantæ fertur prædilectione 1). Si
marubam quoque Americæ prolem in usum træ-
here medicum, luxuries est; Arnicæ montanae
radix vices ejus justè tenere posset, cuius vis
emensin ciens sedatur Angelicæ vel Foeniculi
radice 2)... Quid sibi vult China nodosa, Sas-
safras et Sarsaparilla in morbo syphilitico? Si
enim diaphoresis requiriatur sub hydrargyrosi,
Bardana, Jupiperi lignum et Dulcamarae caules
gloriose suas agent partes; si vero acria mer-
curii praeparata involvere in votis est, quid de-
malcebit magis, quam Althaea nostra, aliorum-
que vilium mucilaginum usus 3). Taraxacum
nostrum Leontodon depte suo leonino ex aequo
cum Carduo Benedicto decertare Medicorum qui-
nis novit. Saponem demum Debretzinensem re-
centi parari solitum adipe, ut plura alia prae-
tereant, quis non preferet Veneto? qui ex ole-
is rancidis residuis paratur. Eorum quoque,
queis carere nequimus, plura ejusdem aut pa-
rum dissimilis vis usui date luxuries foeda est.
Hinc si Mastix sufficit, quid Medico Olibanum 4)?
Si Copaivae Balsamum, necessarium est, super-
fluum erit Peruvianum raro sincerum 5). Lignea

1) Id. ibid. p. 266.

2) Jos. Sal. Frank in qb, angf. W. S. 14 — 16.

3) Fried. Kretschmar Versuch. ein. theor. pract.
Darstell. der Wirk. der Arzneyen II. Th. S. 393 —
400.

4) Z. Gottl. Huszty In d. Sch. citirt. W. S. 145.

5) Val. ab Hildenb. Inst. Pharmac. p. 250.

Cassia usu eassa est, dum Cinnamomum habetur¹⁾. Sed ne longior sim in pluribus similibus adferendis, sit hoc effatum pro norma. Quae sub aequali bonitate pretiis sunt levioris, preferenda sunt.

Videamus nunc pauca usu et virtute ignobilia, quibus Medicina luxuriatur. Si rectus diaeteticorum auxiliorum usus in sanandis morbis magis vigeret, leviori Medentis officium expiri posset medicaminum adparatu, et exactissime; plus enim saepenumero illis confertur ad laesam sanitatem emendandam, quam lagenis pharmaceuticis. Unde egregie Homo in retin facit Hippocrates insignis ille φύσεως ἰχνευτής²⁾: Muliū aegri, ait, etiam citra Medicorum opem sanantur, et sunt sanati. Qui enim etiam non exhibitis Medicis ex morbis convalesuerunt, ut intelligent omnia necesse est, se, quod siquid vel fecerint, vel non fecerint, siccirco sanitatem esse consecutos; aut enim inediām, aut copiosum cibum, aut uberiorem potum, aut sitim;

1) Id. ibid. p. 284.

2) Ερεῖ δὴ ἐνταῦθα ὁ τακαντία λέγων, ὅτι πολλοὶ ἡδη καὶ χρησάμενοι ἱητρῷ νοσέοντες ὑγιάνθησαν καὶ ἐγφ. τῷ λόγῳ ἐκ ἀπίστω. Πολλὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ τὸς μῆ χρωμένης ἱητροῖσιν, νοσησάντας δὲ, καὶ ὑγιασθέντας εἰδέναι, ὅτι οὐ δρῶντες τι, οὐ μῆ δρῶντες ὑγιάνθησαν, οὐ γὰρ αἴσιη, οὐ πολυφαγίη, οὐ πετρᾶ πλεονεῖ, οὐ δίψη, οὐ λατροῖσιν, οὐ ἀλεσίῃ, οὐ πόνοισιν, οὐ θέριξη, οὐ ὑπνοισιν, οὐ ἀγρυπνίῃ, οὐ τῷ ἀκάντων τέτων παροχῇ χρημένοις ὑγιάνθησαν. Ἱπποκρ. περὶ τέχνης σ. 3 — 4. Εκδ. τὸ Φερο.

aut balnea, aut labores, aut quietem, aut so-
fenum, aut vigiliam, aut eorum omnium promi-
scuum usum adhibentes sanitatem consecuti sunt.
Et reapse vilipensis iis, quae ad aegrorum diae-
tam spectant, fit, ut studiose undique, quae
morbos fugarent, conquerantur medicamina, sit
que entia sine necessitate multiplicentur. Medicus
autem rationalis, recte, tuto, feliciter, et via
brevisima morbos impetens, edocetur multifaria
sua experientia, plurima istiusmodi medica-
minum, quae diaeteticorum induxit contemtus,
aut viribus gaudere fere aequalibus, aut indigne
plane vi sibi attributa gloriari, proinde luxu-
riae duntaxat gratia in medicaminum serie exi-
stere; spernit is ea, et optima selecta usui ser-
vat. Animus oboritur omnia luxuriantia hic lo-
ci ob oculos ponendi: sed, partim quod opini-
onioni aliquid dandum sit, partim quod res haec
angustos dissertationis cancellos excederet, ma-
num a tabula moveo, sequentia solum pau-
cissima recensens.

Sic vulgaris Acetosa frustra asservatur, Ace-
tosella omni ex parte scopo medico satisfacien-
te. Anagallidis herbula fatua est, et antispa-
smodicam, ei quae adscribitur, vim nequaquam
possidet 1). Anni elabuntur multi, donee ratio-
nalis Medicus Bellidem ex officina contra mor-
bos educat 2). Ita quoque Bolus alba cum so-

1) Z. Gottl. Huszty in d. schon cit. W. S. 30.

2) Ebend. S. 31.

cia sua Armena exilio digna est, nulla etim vera praxis magnalia in terris his deprehendit 1). Immeritam Chamaedrios laudem in chlorosi, intermittentibus, ulceribus adstringendis, et tumoribus resolvendis docet altum ejus silentium. Si Absynthium vulgare Medicis sufficit, quid sibi vult ponticum 2)? Peræqua si vulgaris Chamomilla efficax est, procul estas Romana et Matricaria 3). Millepedes suo nomine dignissimi! in morbis sanandis vero claudicant 4). Cur Pœonia ex antiquitate commendetur in epilepsia, ignotum est, quum non desint, quæ ejus testantur inertiam, experimenta 5). Hypocistidis succus tantum adstringentium numerum auget 6). Cum Formicis et Lumbricis solum jactura spiritus fit 7). Si Syrupus aceti etiam delicatori aridet palato; cur major datur prærogativa Syruco acétositatis citri 8)? Conservæ multiplicant medicaminum gentem, sed non lætitiam et dispendium faciunt Sacchari charissimo emendi pre-

1) Ebend. S. 23 — 24.

2) Val. ab Hildenbr. Inst. Pharmac. p. 183 — 184.

3) Id. ibid. p. 296. 410.

4) Fried. Kretschm. in d. schon cit. W. II. Th. S. 527.

5) F. S. Voltelen Pharmac. univ. P. I. p. 272 — 273.

6) Fried. Kretschm. angef. Werk II. Th. S. 389.

7) Ebend. S. 446.

8) Erläuterungen der neuen österr. Militär - Pharmac. S. 98.

tio 1). Quorsum tot Aquæ destillatæ, tot Syrupi, tot Extracta, tot Tincturæ, tot Unguenta, quorum ne decima quidem pars in usu est, nisi ut iis Medicina luxurietur? Aceti antiseptici vires nemo unquam negabit; sed an illud tot ingredientibus luxurietur, necesse est? ecur ad illud præparandum concurrit utrumque Absynthium, aliaque plura, quæ antisepticam Camphoræ vim non modo non superant, sed ne adæquant quidem 2)? Ipsi Aceto destillato simplex, si bonum est, merito præferendum est 3). Ex duobus, qui mercurio parantur, Aethiopibus, mineralis relegetur ad ultimos Aethiopes 4); vim quippe ejus anthelminticam dubiam esse exemplo docet Ridlinus 5); et Boerhaave salubriter monet, cum, si fortunate operatur, necatis vermis, ano exire 6). Denique missis aliis nec in utroque diaphoretico Antimonia omnia tutæ sunt 7), nam etiamsi optime præparatum sit, si diurno asservatum tempore in usum vocetur, sævas nocendi exerit vires, quod jam Dolæus notavit 8), dicens Antimonium

1) Ebend. S. 68.

2) F. Gottl. Huszty. in d. schon cit. W. S. 58—59.

3) Dan. Vilh. Trill. Disp. pharm. Tom. II. p. 6.

4) Id. ibid. p. 8 — 9.

5) Lin. med. An. 1698 Mens. Jan. Obs. II. p. 6.

6) Elem. Chem. Tom. II. P. III. proc. 101, p. 431.

7) Ridlin. Lin. med. An. 1695. Mens. Jul. Obs. XII. p. 191 et seq.

8) Encyclop. med. L. IV. c. 6, p. 120.

diaphoreticum suos progressu temporis acquirere aculeos, imo imo præcordiorum anxietatem, vomitus crebros, alvum diarrhoicam terminibus junciam, leipothymiam, sudores gelidos, ardorem faucium cum vehementi siti, et corporis langvore produxisse veridici testantur ¹⁾. Juste proinde Trillerus ²⁾ utrumque nominat hostem, quorum unum tela gerit aperte, alterum operta.

Illi, quibus hucdum dicta videntur severa, hoc modo mihi fors obloquentur! Non dantur duo entia perfecte similia: sed deinceps medicamentorum quorumdam effectus similes haberi possunt tamen multis ex causis differre; quid quod plane Celsus ³⁾ scripserit, non eadem omnibus etiam in similibus casibus opitulari? Tantum igitur, aiunt, abest, ut ejusmodi selectus locum habere possit, et uno pro quovis morbo medicamine salus hominum tutâ sit, ut potius cum periculo mortis ea semper hoc patet configat, saepiusque occumbat. — Præmissa si negarem, de mente ac sanitate deturbatus essem; Celsi sententiam sanctam esse agnosco: sed cur propterea medicamina pauca, eaque efficacia ab aliis minori aut nulla pro dato scopo vi præditis segregare arduum foret, haud concipio. Quodsi recte iis utendi noverimus modum

¹⁾ Dan. Vilh. Trill. Op. cit. Tom. II. p. 15.

²⁾ Op. cit. Tom. II. p. 16.

³⁾ De Med. L. I. Praef.

modum, siue experientiam veridicam magistrum, qua medicamenti virtus nisi debet, audiuerimus: tum profecto omne utile, et ægris corporibus salutare sponte offeretur. Male porro me intelligit is, qui me, dum remediorum selectionem commendo, uno velut medicamine singulum morbum impugnari, et feliciter devinci posse opinari arbitratur. Non ita sane equidem corporibus omni jure medicamenti nomine dignis quemque uti cupio, recta sanandi methodo praeceunte. Neque metuendum est, spretis minus efficacibus, penum pharmaceuticam adeo angustam effectum iri, ut unum solum cogamur singulo in morbo adhibere remedium; sapiens enim necessaria dum assidue querit, levi invenit negotio, atque hac ratione non cuius solum morbo sed cuivis etiam individuo ægro in similibus casibus propria et plura, et efficacissima ei ad manus erunt medicamina. Sed pluribus super hoc in capite de damno luxus pharmaceutici.

III.

Inepta præscribendi Ratio.

Amandatis exoticis, quibus Medicina, nostra carere potest, et contemtis superfluis, luxuriare adhuc potest medendi methodus medicamentis, si inepte ea præscribantur; sufficiat præcipuos, quibus id fit, delibasse modos.

Imprimis dominabitur luxuria in medicamentis, si horum plura, quae nomine, origine, et præparatione a se invicem differunt, ejusdem tamen fere sunt naturæ et efficaciæ, commisceantur. Sic quis non cernit luxum in pilulis ex Gummi Ammoniaco, cum Gummi Galbanico, cum Edelio et aliis similibus confectis? Quid nisi luxus est, Althæam cum Malva, cum Salep et Verbasci floribus coctam ægro exhibere? Ecquis non dicet luxuriantem formulam esse illam, quæ Nucem Moschatam floribus Macis junctam continet? Tametsi autem in his aliqua deprehendatur differentia; exigua tamen est illa, et vix observanda, nisi velimus in minimis videri curiosi.

Alias vero luxus pharmaceuticus in eo conspicitur, quod remedia combinantur modo legibus chemicis adversante, aut nullo ad vim eorum et qualitatem habito respectu. Ita luxuriosus est is, qui dulcia miscet amaris, foetidis grata, etc. An hoc est, miscere utile dulci?

Quemadmodum multitudine medicaminum, ita et horum vel unius dosi luxuriabit Medicus. Sic luxuries est, Opii charissimi, aut Moschi, aut aliorum quorumvis plures citra necessitatem præscribere ægro doses; si enim una scopum assequi valet, quid opus pluribus?

Denique etiam illos luxui mancipatos dixerim, qui medicamina corruptioni obnoxia, aut actuum exhalantia, magna quantitate præscribunt. Exempli loco sit Emulsio Amygdalina, cuius librae duæ tresve æstatis tempore, dum paucis post horis aescit, præparari jubentur.

Caput Secundum.

De Damno luxus in medicamentis.

Damni ex luxu in medicamentis oriundi Medicus, Ars, æger, et universum Reipublicæ corpus particeps evadit. Asserti tanti veritatem evincere contendens, a muneric medici in civium societate emolumento et præstantia ordiri constitui.

Postquam in aito generi humano beate vivendi desiderio, quod ex congenito nostri ipsorum amore oritur, collecti homines societatem coivissent, suapte natura enata est obligatio, qua singulus teneretur, se cuiquam accingere negotio, ut hoc modo commune bonum exsurget, vigeat, floreatque. Atque inde est, quod unusquisque facta ingenii sui periclitatione, vitæ statum sibi eligat, naturæ propensioni, et inditis sibi dotibus admensum. In tanta vero functionum, quarum quævis suam ad Reipublicæ felicitatem sustentandam contribuit symbolam, diversitate, illa, quam Medicus ad-

ministrat, quæve communi civium sanitatis integræ conservatione occupatur, lapsus ejus præpedit, ac diversimode lacessitam restaurare nititur, omnes ceteras multis post se parasangis relinquit. Etenim citra Medicinam, quae est intemeratae valetudinis tutrix, neque media vitæ sustentandæ inveniri, neque artes diversæ colli, neque hostilium armorum viæ Clidi potest, hæc ipsa, ubi nec Croesi opes, nec summæ dignitates prodesse valent, labentis vitæ vires erigendo, victrix exsultat 1), quid quod citra eam nec ingenii lumine et cultura utiles societati humanæ cives esse queant? Mens enim sana tantum in corpore sano. Meritissime igitur competit Medicis istud: Εὐτερὸς δὲ κακος ἐπιζήνει τρεῖς, τέταρτην διασχίζειν 2). ev. 10. 10. Ast quemadmodum secundæ hominum valetudinis tutela, quæ Medicorum curæ cordique est, nihil præstantius excogitari potest: ita nihil existit illa gravius, ut adeo suo Medicus officio examissim perfunctus, humanam prorsus naturam, inevitabilem utopè fragilitatem deponat sit neesse; late patientissimus enim est saluberrimæ Artis campus, in quo creberet, et multiplex, occurrit peccandi occasio, nec ab ipso expertissimo facile declinanda 3), at-

1) Quintil. Declam. 268.

2) Homer. Odyss. Rhaps. IV. v. 211. Unusquisque Medicus superat omnes homines.

3) Aug. Quis in. Rivinus. Diss. de Medicis inculp.

que hoc pacto Republicæ membra morbo adfæcta, quæ faunrieis naturæ ope fuissent saluti restituta, manibus dando pernicioſissimis evadit societati medicinam faciens. Unde etiam Senex Cous i). illum Medicum vehementer laudat, qui parum delinquit, qui nempe ita suum administrat minus, nihil ut in eo, aut saltēti perparum desiderari vituperative possit.

Multorum vero variorumque Medicum in functione sua peragenda vitiorum accusari posse, probe compertum habeo; sed siquid est, quod eum et ægrorum saluti, et suo honori, et Artis perfectioni, et Republicæ commodis noxiū redderet: tum profecto luxu in medicamentis nihil potest esse infestius. Universe luxurie terribiles in vita quis ignorat effectus? An non illa falsa tranquillitatis specie, vanis corporis voluptatibus, et jucunditatis umbra occaecando, totam civium rem familiarem abligavit? an non maximos et stupendos absumsit thesauros? an non amplissima patrimonia dilapidavit? an non summarum dignitatum splendorē obscuravit? Proferam graviora: Luxus in victu et amictu humanam decurtavit ætatem debilitando corpora, magnamque malorum catervam generando; luxus urbes rapinis et incendiis objecit, Regna et Imperia florentissima, virium robore vicinis perhorrescenda, omnigenaque cultura celeberrima funditus evertit. Erit

i) Hippocr. L. de prisc. Med. p. 11. Edit. Foës.

jam quispiam, qui vel hisce paucis non con-
vinceretur, tot tantorumque malorum lernam
in medicamentis, quibus pro civium vita ac
sanitate læsa restauranda agitur, haud esse com-
perendinandam? — Ut vero distinctius mali ma-
gnitudinem exponam; tali procedam ordine, ut
primo loco ostendam damnum ex luxu in me-
dicamentis dimanans generatim, altero sistam
noxam peregrinorum luxuriantium;
et tertio describam detrimentum, quod ex luxu
in compositionibus capitūr.

I.

Damnum ex luxu in medicamentis gene-
ratim.

Ad morbos depulsandos non tam ingen-
ti medicaminum copia, quam paucioribus sal-
tem, iisque efficacibus opus esse remediis lu-
culenter demonstrant egeni et plebeji solo do-
mesticorum usu se se a morbis liberantes. Ipse
Medicorum parens 1) illos laudat, qui pau-
cis numero, bonis, et, quæ morbo conveniunt,
medicamentis usi sunt. Et magno reapse ausu
ingentem pharmacorum cumulum damnare pos-
se Medicos reor, quippe qui in prælio cum mor-
bis naturam habent auxiliaticem, omni Argo
vigilantiorem, quæ unita sua, eorum conamini

1) Idem. L. de Rat. viet. in morbis acutis. p. 383.

vi, ægrorum corpora a malorum pernicie multis protegit ægidibus; et ex manu redimit Mortæ. Quamobrem sedulo scrutari oportet, quo fidissima hæc ductrix tendat, ne multa temeritorum farragine illam agamus deviam 1).

At fors sic obieciet quispiam: Natura nihil frustra molitur. Largior. At igitur, si? enormem remediorum multitudinem ab eadem, ut eorum plurima nullius sint usus, productam esse dices? — Per decursum operis quædam huc facientia dixi; sed liceat prælixius hic respondere, ut, quod in re est, plenè intelligatur. Quidquid in universa rerum machina, triclini contentum regno, medianibus sensuum organis menti offertur, sive durabilem mineralium a pretiosissimo auro vilem usque ad argillæ texturam consideremus; sive stupendam vegetantium a summa Cedro ad minimos usque muscos copiam perpendamus; sive demum mirandum animalium a vastissimo Cete ad minimum usque acarum admiremur: omnia haec et singula suum qualemqualem habere usum, nemus unquam inficias ibit. Verum enim vero ex cunctis his eo potissimum utuntur mortales, quo facilis, tutius, citiusque ad præfixam licet peri venire metam, reliqua tamen haudquaquam ceu superflua reputant, sed aut tamquam minori ex indole sua pro optato scopo assequendo protestate prædita, aut tamquam alteri fini obti-

1) Huxham Obs. de Aëre Vol. II. p. 49.

nendo destinata considerant. Itaque absum ab eo, ut maximum eorum, quae medicamenti insigniuntur nomine, numerum dicam esse superfluum, sed dubito, num cuncta haec medicatrice gaudeant virtute. Nam Medicinæ columna mercurialis est experientia rationis innoxia fulcro; ipsius igitur medicamenti quoque virtus exactis experientiis, repetitis et multifariis desumenda est 1). Ast neque illa, quæ sibi medicantem recta experientia confirmata vindicant vim, ideo nobis larga copia suppeditavit benefica natura, ut iis omnibus promiscue in usum tractis luxurietur medendi methodus, sed ut ubique sit ad manus remedium diversi generis malis sedandis, eorumque ferociae comprehendendæ aptum, et nullibi defectus 2). Manifestavit enim vera experientia certas quorundam medicaminum, certis sub adjunctis, at securas actiones 3), atque haec duntaxat Medico esse seligenda quisque concedet; reliqua alteri, cui magis idonea sunt, mandentur usui. Sit ergo multititudinem medicaminum salvare nitentibus hoc responsum: Non produxit natura magnam medicamentorum copiam, ut potissima eorum pars nulli inserviat usui; sed nec obtulit illa nobis haec, ut cum multiplici noxa illis fixariemur.

1) Fried. Kretschm. In d. schen cit. W. II. Th. p. 4.

2) Geor. Wolf. Vedel De medic. facult. cognosc. et applic. p. 24.

3) Sam. Gottl. Vogel Kranken-Examen S. 230.

Sed redeamus, unde digressi sumus. Si artifex quilibet illam quærit ὑγιείαν, qua leviori fatigio et securiori via suum effingat opus; quidni id fecerit Medicus sanitatis integræ faber? istud vero ille ope diffusi et confusè medicaminum chaos; in quo quid eligat, quid ve omittat, insertus hæret, neutquam efficit; sed aut inertia, aut enervia ægris propinabit pharmaca ¹⁾. Hæc rei agendæ ratio similis est mori illorum, qui omnes homines sibi amicitiae vinculo conjunctos habere prædicant; nam tales nullum certe habent amicum, et quæ omnia amant, nihil amant. Absurdum quidem hoc videtur dictu, sed tamen verissimum esse exempla ostendent. Aedificium struere volentes, omnes quasi quærimus in sylva arbores, atque omnes dum lustramus, nullam, quæ usui esset requisito, seligere valemus; si vero selectas tantum, fabricandis utpote ædibus aptas contuemur, quæ cedendas sint, facilime invenimus. Melius illustrabit rem exemplum ex ipsa Arte nostra petitum. Sit nimirum quispiam, qui toti medicaminum, quibus facultas alvum ducendi inesse prædicatur, adparatu parem tribuat fidem; idem ille remedium purgans exhibere volens, utrum ex tanta farragine eligat, ambiget, destituitur namque directrice in nego-

1) L. Godefr. Klein Select. ration. medicam. Præfat.

tio suo idea 1). Sed morbus urget, et ne per longas invalescat moras, cogitur talis Medicus ex ampla suppellectili propinare remedium, outraque ei omnia æqualis sunt potentia; dubitare desinens, primum quod ocurreret menti, exhibebit purgans. Si prosper forte successus, eu-
ge! bene ejus honori! bene sorti ægratantis! Si vero medicamen morbo fuerit inferius, ma-
lum saeviet tanto liberius; si majores illius fue-
rint vires, obtorto quasi naturæ collo, in opposi-
tum trahetur mörbus statum 2); si demum an-
cipitis fidei illud fuerit, graves initio ægritudo
jactabit minas, mortisque periculo involvet ae-
grum. Medicus his perterritus alterum submini-
strabit pharmacon, succedet mox tertium, hoc
excipiet quartum, sicque continuo temere ager.
Interdum sic agendo casu reperitur conveniens
remedium, ast salutaris ejus effectus a præmis-
so plane eliditur 3). Si inter hæc lethum op-
petit æger; varia tum Artifici infortunii causa;
mox ægri idiosyncrasia, mox viscerum atonia,
mox peculiaris morbi indoles, mox sexcenta
alia; poenitet eum tandem facti, sed sete sa-
piunt post sua damna Phryges. Certissimum er-
go est, quod, qui rectam, qua ad metam itur,

1) Fried. Kretschm. In d. schon cit. W. II. Th.
S. 4.

2) Val. ab Hildenbr. Init. Inst. clin. p. 145.

3) Aug. Quirin. Rivin. Disp. de medicam. dub.
ff. p. 70 — 71.

decurrit viam, in nullos impinget anfractus aut salebras, et qui paucis hisque selectis mediis quidquam consequi adlaborant, parvo labore damnabuntur voti.

Quid vero ex medendi methodo remediis luxuriante in Medicum dimanet mali, paucis expendamus. Si, quemadmodum alibi memoravi, omnem Medicinæ vim in formanda legitima indicatione posita est; quis, amabo, illum officii sui observantissimum esse censebit, qui hac nihil pensa, auditu vix morbi nomine, remedia exhibet ægris aut temere, aut solo adversus ea amore ductus, etiamsi dubiæ illa fuerint fidei? Temerarium, inquit Forestus 1); et insignis stultitiae argumentum est, in ancipiti medicamine periculum facere, dum nulla urget necessitas. Potestne illius Medici existimatio sarta tectaque manere, qui medicamenta, quæquæ in promptu habet, continua propinat ægrotanti serie, de apta eorum virtute, deque eo, num morbus sit gravis, vel levis, simplex aut complicatus, in ascensu, vel in æxili, vel in decremento etc. prorsus non sollicitus? Porro si exhibendum medicamen morbo perinde ac ægro conveniens sit oportet, ecquis illum dixerit verum Therapeuticum, qui ægri idiosyncrasia, et cunctis, in quæ is natura sua propensus est, prius non indagatis, et nulla remediorum prudenti selectione facta mederi ni-

1) L. IX. Obs. 23, in. Scholiis.

titur? Summe salutare est circa hoc celeberrimi, Vogel monitum ¹⁾. Non facile inquit, adhucero remedia, antequam non resiceris, quae antehac illa exhibita fuere effectu. Et quoties, queso, non contingit, ut medicamentum preparatum quam optime, generosum, et omne curationis punctum, absolvens, unice idiosynsaciae causa alium plane, et contrarium producat effectum? Mel detergit, solvit, emollit; sed nam nullis etiam alvum movet parva plane exhibatum dosi ²⁾. Moschum, aliaque fragrantem spargentia odorem feminarum quædam abominantur; sciscitari hoc ex illis si intermisericropinatis similibus (morbo non obnitente) exercientur leipothymiae, et diræ convulsiones agitabunt ægras ³⁾. En triplex ex hoc luxu malum! morbi nempe vis non fracta, imo fors periculum auctum, fama Medici mala, et remedium injuste infamatum unice ex eo, ægrotorum quod placitis non conveniat. Sed de hoc satis sit paucis dictum: medicum, qualiscunque luxu in pharmacis committatur error, culpa vacare non posse.

Sed Artis quoque salutiferæ perfectioni, luxurians medicaminum sylva quantum obstet, incredibile est dictu. Magnorum Medicorum iudicium est, Artem nostram, cui divinæ laudes sunt habendas, si ad altiorem perfectionis gra-

1) Kranken-Examen. S. 226.

2) Boerhaave Elem. Chem. Tom. II. p. 165.

3) Ger. L. B. van Swiet. Dom. §. 433.

dum perducere velimur, maxima inter obstacula
hoc præcipuum esse removendum, ut innu-
merabilium medicaminum mole in exilium
acta, tutis naturæ amicis, paucis et selectis cum
ad corpora a morbis vindicanda, tum ad mor-
bos devincendos uai incipiamus remedii. Ete-
niam si verum est; illa solam ad Medicinam
spectare, quæ vitam ac sanitatem integrâ tor-
endo, mortales a morborum injuria tutos præ-
stant; si omnis mihi largietur, dubia a certis,
a veris falsa prædenter esse segreganda; si il-
la tantum medica praxis vere saltubris dici me-
retur, quæ ex observatione casta singulis af-
fectibus certos præfigit concello, et filo quasi
Ariadneo, quid agendum, quo vnde ordine proceden-
dum sit, docet; si denique una omnium in Me-
dicina optime versatorum mens est, nihil esse
assumendum, cuius perito est suspecta fides,
efficacia incerta aut perniciosa plane et fune-
sta: tum nunquam profecto Ars nostra, nisi
sepungatur fuerit, si dicere licet, Augiae stabu-
lum, proprio curuscabit titore, nec, quæ oc-
culata iu ea esse ereduntur, unquam emicabunt.

Consideremus ultimo paulisper, quid boni
illi, quos prisca aetate in medicamentis luxu-
riosos fuisse novimus, quid vel ullius in Arte
frugis fecerint? Primo jam obtutu adeo falsam
illam medicaminum struem fuisse adparet, ni-

1) Luc. Theod. Pyl Diss. de medic. simpl. sum. ef-
fic. p. 8 — 9.

hil ut medicae momenti attulerit Scientiae. Plurima illis nitore videbantur, quae hodie sine splendore sordent, sine utilitate squalent, mox lesque tanta nervis vaga cadit. Venerabilis est Aratum chorus, in lapsum prona dextram qui tetenderat Arti, novaque inventis medicaminum ditarat thesaurum; sed si quis animo a praejudiciis libero, et attentione solida, vires eorum in tot tamque diversis morbis et corporum statibus collaudatas exploravit; steriles potissimum eas, aut et infestas aegris certissime deprehendet 1). Chymici haud levi rem medicam locupletarunt emolumento: applicantes quippe corpora corporibus, natosque inde effectus severe observantes, proprias multis vires, harumque actiones detexerunt optime. Postea vero quam inventis suis incomparabiles, ac prope divinas in morbis cuiuscumque generis sanandis vires falsa ratione adscribere non erubuerint, et leges, cuncta, quibus obedirent corpora, dedissent, turpissime lapsi deplorandam Arti conciverunt jacturam. Inde, exclamante magno Boerhaavio 2), elementorum sine sensu strepitus! inde fermentorum commentari.

II.

Damnum ex luxu in peregrinis remediis promanans.

Tametsi hucdum dicta planissime evincant, luxuriem in remediis et aegri valetudini et Artis

1) Frid. Hoffm. Diss. de praest. remed. domest.

2) Orat. qua repurg. Med. facil. asseritur simplic. p. 360.

perfectioni, et Medici existimationi esse infensam: longe tamen majus ex eadem profluens detrimentum se se offeret, ubi medicam praxim exoticis et pretiosis medicamentis, queis inquinilina surrogari queunt, occupatam fuerit a us contemplati. Eam enim nobis quorundam remediiorum nostratum esse copiam, ut peregrina aliquae tuto ad suos relegare possimus, jam superius demonstratum fuit: non desunt tamen Medici, qui se munere suo neutquam fungi posse arbitrantur, nisi pomposam exoticarum herbarum, balsamorum resinarum etc. congeriem in usum traxerint, atque tantum apud eosdem indigenorum inolevit fastidium, ut malint cum exoticis vituperari, quam cum domesticis laudari. Infirmo vero hancce eorum opinionem stare tali, praecclare ostendit latinus Medicus 1), dum dicit: *Licet sine peregrinis et conquisitis, et . . . medicamentis vulnus curare.* Disertius vero huc facit Priscianus 2) sequentibus: *Neque quum aegrotus adficitur, adeundus est mox Pontus, aut interiora Arabiae sollicitanda sunt ob Storacem vel Castoreum, vel alias fruges, quas longinuquus orbis habet.* Eleganter quoque super hoc loquitur celeberrimus de Haen 3), dicens: *Si ad curandos morbos acutos absolute est horum (pretiosorum) remediiorum ne-*

1) A. Corn. Cels. de Med. L. V. c. 26.

2) In Proem. op.

3) Rat. med. Tom. I. p. 20 — 21.

cessitas; tur omnes nostri in Nosocomio non moriuntur? — Dolendum sane majorem nobis calceorum esse curam, quam valetudinis ¹⁾; illos enim nemo sibi ex India adferendos curat, nec Indorum corium nobis convenit, quum ob solum ibi ferventius, corii quoque tenerioris usus est: nos vero plagae lutosae et frigidioris incolae firmioribus ex corio nostro indigemus calcis. Peraeque nobis etiam materia medicaminum diversa requiritur ab illa Indorum, a quibus magna viarum longitudine distamus, et vivendi ratione, temperamento, climate, moribus morbisque dissidemus. Corroborat id illorum medendi ratio, qui majorem in peregrinis habentes fiduciam, remedia praescribunt caeteroquin ~~egregia~~, successu nihilominus prospero semper fere frustrantur. Sic res procedit, si noctuae extra Athenas queruntur,

Sed alia adhuc longe majoris momenti ratio suppetit, cur exoticis advehendis tantoperte desudare haud sit necesse. Insatiabilis nempe vendentium et graeca fide mercantium libido foede corruptaque pretio concedit aucto. Et ita sane est; dum enim illa de manu in manum aliquoties traduntur; facilissime praebetur vitiandi ansa; et cui non est comperatum, rem ignotam, qui vendit, ne damnum patiatur, aliis, quibuscum aliquam illa similitudinem

1) Thom. Barthol. Diss. De morbis Dan. sur. p. 83.

dinem habet, admisoere 1)? Castoreo sanguinem Castoris Gummi Ammoniaco subactum; Asæ foetidæ Sagapenum; Croco flores Carthami etc. addi, sat hædum usitatum deprehendimus 2). Quis jam, quæso, horum valor? quæ Medicis talibus armis de morbo triumphus? An non plus præstabunt nostra, quæ genuina, quæ corruptiæ minus obnoxia, et vilioris pretii, et morbis nostris depulsandis magis idonea sunt?

Insignis vero imprudentiae signum foret, istiusmodi multo etneada numero remedia hominibus fortunæ tenuioris propinare 3); medicina enim egenis tolerabilis sit oportet, ne fastu medicamentorum præ ipso morbo magis premantur 4). Sic concessero ex officinis de prompta odora menta ēv τῆ συγκοτῆ nervosa et a cheneangeia oriunda suo gloriari emolumento; nemo tamen erit, qui apud insimæ sortis gentem pennas, crines, hisque similia, prout in manus veniunt, non præferet, præcipue si Hannibal ad portam est, tum enim proxima sunt optima.

Quodsi demum noxam ex luxuriantibus peregrinis in Rempublicam dimanantem spectemus, multis illa viribus spoliatur; quo enim audacius illis utimur, et quo magis eorum necessi-

1) Aug. Quir. Riv. Disp. de medicis officiis cens. p. 93.

2) Id. ibid. p. 99.

3) Aug. Quir. Riv. Disp. de med. incipi. p. 8.

4) Ger. L. B. van Swiet. enat. de Medic. simpl. ve-

ra p. 22.

tatem (*luxuriosę*) confirmamus, eo facilis, imminuitur industria et divitiae Nationis, quas p̄i quique relinquunt, ut rebus imperdantur utiliteribus, aut pauperibus morbo pressis medicina fieri possit. Millions profecto mittuntur quotannis ad exteras provincias medicamentorum coēmendorum causa, quae quidem necessitas facile evanesceret, si majori conatu inquilinas inquireremus virtute excellentes herbas, et de singulis conquereremus observationes incolarum, a quibus discere neminem pudere debet 1), quemadmodum Mithridatem fecisse refert Plinius 2); ille enim a subjectis sibi hominibus singula exquirens, scrinium commentationum, exemplaria, effectusque suis in arcans reliquit.

III.

Damnum ex luxu in medicamentis compo-
sitis et inepte mixtis profluens.

Liceat tandem paucis exponere, quid mali luxuria in compositis et pravo modo mixtis medicamentis consiscat. Nunquam remedia pro morbis tuto et perfecte sanandis componere et miscere velle, esset finem velle absque mediis sufficientibus; non desunt enim compositionem requisitam ac justam absolute exigentia momen-
ta, quorum præcipua hic expendam.

1) Th. Barthol. Diss. cit. p. 90.

2) H. N. L. XXV. c. 2.

In primis varia adjuncta, ipsaque hominum diversitas efficit, ut idem morbus diversis stipeatur symptomatibus in nullo cum mali principis causa nexu existentibus; omnis hoc in casu prudens Medicus, ægri saluti probe consultores, medicamini uni, morbus, quod postulat, alterum congruum admisoebit, et si e re videatur, tertium, quartumve 1). Sit exempli loco æger ætatis virilis, aut ventriculo nimis irritabili donatus; qui simplici vexatur intermitte; propinatum ei contra tyrannidem hanc corticem Peruvianum sumit, verum mox alvum nulla alia agente causa crebrius excernet, morbi vires augentem; non pones malo aliter arginem, nisi pro re nata, aut Aurantiorum corticem, aut Cinnamomum, aut Melissam, aut Spiritum nitri dulcem memorato cortici adjunxeris. Quodsi vero Cortex Peruvianus alvum obstruit, quemadmodum passim fieri norunt cuncti Medici rationales in feminis, in individuis haemorrhoidum malo obsessis, aut sedendo res suas peragentibus: irrita tum clysterum efficacia, Cortici adjungere oportebit Rheum, aut Aloëm, aut Salem polychrestum, etc. En aliud exemplum: Aeger tabescens torquetur febre intermitte, diarrhoea et hydrope; quatuor hæc hydræ capita solo Corticis Peruviani ense non amputabis, nisi illiniveris illum guttulis Laudani liquidi Sydenhami; Scillam porro ma-

D 2

1) Fried. Kretschm. angef. Werk. I. Th. S. 19.

ritmam si evitaveris, in Charybdin hydropis
demerges ægrum. Interdum vero remedii, quod morbus depo-
scit, virium qualitas determinata est, sed quantitas,
morbo ut congrua sit, acui debet. Inde
est, quod Medicus Rheum sapientissimo, nubant
Sali medio; iude est, quod Taraxacum co-
leat Cichorio. etc. Alias compositionem necessariam reddit cœ-
ti generis morbus remedii peculiari modo com-
posita depulsus. Ejusmodi compositum gene-
rium sistunt Pilulas Janini, quae hoc modo et
ex sequentibus ingredientibus coalescant: Rp. Fo-
lior. Sen. unc. Sex. Coq. in Aq. pluv. Mens.
duab. ad rem. dimid. quant. Colat. bull. adam.
Agar. Scam. Rad. Mechoaq. — Rheb. — Bryon.
Hermadact. aa. uno. tres. Turpet. min. Gum-
mi Gut. Trech. de Alband. Merc. dulc. Tart.
emet. aa. unc. un. Croci Mart. aperit. Nitri
dep. aa. und. quatv. Aethiop. min. uno. duas.
Aloës. Rad. Jalap. aa. unc. sex. Evapor. ad con-
sist. massæ pilul., et f. inde pil. — Adeo has-
ce pilulas in hydrothorace laudat Auctor, vix
ut audeat vel unum ex hac compositione ingre-
diens omittere 2).

Sæpe vero propinandum remedium corrigen-
te indiget, quod nimis aut noksam illius tol-
lat, aut exaltatam deprimat vim. Atque hæc

2) Auct. et. l. cit,

2) Selle Medicis. Clin. p. 86.

causa est, quod ægro irritabili Jalappæ fesina cum oleosis exhibetur, aut mucilaginibus.

Delicatioribus et infantibus, ne nausea oritur et vomitas, medicamina additis aliis grata sunt reddenda, quin tamen vel tanillum desperdatur virtus. Hanc in finem addunt Medic et e. g. Rhœborticum Cirri, Quinquinas Cinnamomum, Gentianæ Caryophyllæ; Mercurio Sulphur, quod syalagogam ejus impedit actionem. At vero extra necessitatem medicamina, satiles utpote plures, extracta duo tria vero ejusdem fere virtutis in unam compingere formulam, est certe confundere et porrumpere ea, ignorare morbum, aut salutis necessitatem); unde non mirum, si saepè ægræ magis sentiant levamen ab usit simplicium per imperitos exhibitorum, quam a Medicorum adparatu specioso solum et magnis sumptibus comparato²⁾). Sancfum est huc conigræ faciens Linæi Canbi¹⁾. Quis pro te stimet certi simplicibus, dolosé aut frustra quærit compositionem.

Sed adgrediamur rem serio. Quique necnon grua simplicium compositione, et trium ultimarum formulæ ægrum saluti restituente, satagunt, haud absimiles sunt Musico minus perito, qui, ne deficit, quod manibus pedibusque prehendere potest, cymbali clavos, pugnat intrepidus

1) Val. ab Hildenb. Inst. Pharmac. p. 163.

2) Aug. Quin. Rivin. Disp. de Medic. offic. Cens.

sperans fore, ut hoc pacto inter alios eum quoque deprehendat sonum, quem melodia exigit. Verum enimvero quemadmodum talis concentus rare admodum evadit harmonicus: ita tantum abest, ut Medicus, farragine remediorum temere congestorum in securum aegros devehat portum, ut potius eos dubijs æquoris fluctibus obiciat. Tale autem factum, quomodo officio Medici, et, quemvis in hominum serie cum dignitate et emolumento tenere cupit, loco consentaneum esse possit, non video.

Premit porro intempestivas remediorum compositiones, etiam illud, quod nimisrum talis luxuriosa medendi ratio ab usitatis naturæ operariogibus recedat: volvamus quippe oculos quaquaversus, decurramus per immensum mundi campum, exigamus ad libram judicij omnium ejus partium nexum, ubique deprehendemus naturam non agere per plura, quod fieri potest per pauciora. Itaque medicam quoque Artem his circumscribendam esse terminis extra dubium, ut ponam, simplicia attingam, et composta interponam; contraria enim juxta se posita magis elucentur.

Alimenta inter et medicamenta aliqua intercedit analogia, prout enim illa præsentem conservant sanitatem, ita haec eandem læsam emendant; atqui magis naturæ nostræ adcommodata sunt alimenta simplicia, quam multa ex multis operose conflata, nam quid a luxurianti ciborum præparatione expectandum sit, ve-

rißime expressit Romanæ luxuriei Censor¹⁾, multos, dicens, morbos multa ferenda fecerunt, et simplex ex simplici causa valetudo. Sed ipsa quoque experientia confirmat, naturam simplici nutritionem peragere methodo: Vicitent nimirum rusticis certis tempore solo pane et aqua; divites interea lautiis suis et delicate præparatis fruantur dapibus: natura in his perinde ac in illis licet dispati gradu secernet tum ex simplici paste, tum ex lauto cibo chylum, et ex hoc in sanguinem converso omnes conservationi corporis idoneos succos. Si igitur naturæ ad præsentem sanitatem conservandam sufficiunt alimenta simplicia: procul dubio etiam medicamina simplicia laesioribus ejus seu mitigandis, set tollendis paria erunt; si autem ita, ecce tam sollicite magnis Medicos compositionibus occupari oportet? Quid vero quod enormes ejusmodi medicamentorum compositiones nec generis humani statu considerato comprehendentur? Maxima quippe pars hominum novicam experitur naturam, ac paupertatem jure quasi hereditario in se derivatam, et tamen eam fert, imo graviores adhuc rerum ambientium perpetuit injurias. Nulla profusa proportio est inter numerum, vires, ac sitatagemata hostium, quibus vita humana obnoxia est, et infer praesidia illa, quibus possissima generis humani pars instructa est; an

1) L. A. Senec. L. I. Epist. 4d.

igitur benigna mater natura tantam multitudinem in necessariis ad morbos averruncandos subsidiis deseret? Longe aliud docet hic experientia; miseræ namque sortis homines aerumnis expositi sunt non secus ac divites, et tamen non minus sani; minoribus ac paucioribus instructi sunt tuendaæ sanitati integræ aptis facultatibus; et tamen non minus longaevi; quae ratio? nisi quod ceteris paribus simplicior sit eorum in victu et medendo praxis.

Nou possum hic adhuc illud sicco pede pertransire, quod luxu in compositis et diversimode mixtis, minor Artis nostræ progressus sperari possit. Etegim simplici medendi methodo, multa, quevis precaria vijs medicatrix tribuitur, exularençhey! e medica penu, aliorumque corporum in quoque partim voxæ, partim levissimæ efficaciae accusantur, salutaris virtus insuetesceret; ipsæ plane herbae venenatae mortalium in salutem vocarentur. Centenæ namque sunt venenatae plantæ; et quia venenatae, ideo salubres. 1). Porro luxuriosa hac multa commiscendi consuetudine abolita, accuratius facilius, que remediorum vires possent cognosci, cognitæ felicius applicari, applicatae meliores ederent effectus, et hi exactius observarentur. Nam duo solum simplicia, si simul componantur, non tam mixtam, quam mutatam producant actionem.

a) De Haen Rat. med. Tom. I. p. 355.

item: et: quanta: ignis: requiritur: perspicacia: ut: sequenti unita: hæc: vis: produxit: effectum: et: quantum: cuius: tributandum: sit: rite: cooperia: tur? Atque hic scrupulus efficit: ut: de reme: diorum: viribus: tantæ: plerumque: sint: dissen: siones: ut: quot: fere: capita: tot: sensus: existant. Confirmat: hujus: nî: veritatem: Fridericus: Hoff: mabius: ita: eascerens: Si: dicas: virium: medi: caminum: ignorantiae: pervestigamus: vix: aliam: subministrari: posse: temur: quam: has: duas: pri: mo: quod: medicamentorum: textura: et: elemen: ta: non: sint: nota: secundo: quod: iusus: medica: minum: incognita: mole: compositorum: et: san: ped: abscondit: sociatorum: fieret: 2). Utimam: exi: guis: ille: specifiorum: numerus: cumulari: possit: quam: beati: tunc: forent: omnes: humana: noſtatio: ne: donati: inde: qui: vel: unius: specificum: in: Mel: dicidae: gazophylacium: intulerit: plus: sibi: devi: ciet: genus: humidianum: quam: plurimis: compoſi: tionum: plaustris: .

Quodsi: demum: historiam: lucem: veritatis: con: sulamus: multorum: saeculorum: primi: ordines: Medicos: reperiemus: qui: luxam: in: misericordiis: et: componendis: remedii: cane: pejus: et: angue: evi: tabant: atque: ita: pro: simplicitate: loquebantur: siout: Cicero: pro: domo: sua: Quisque: mecum: consentiet: punctum: vitae: primaevi: quoque: ad:

Fridericus Hoffmabius. In: de: schon: cit: W: II: Th: S: 18.

2) Opusc. phys. med: Tom. II. Praef.

duxisse secum lineam mortis, ut nihil de ambientium rerum iniustis dicam, quae tum graviores fuere, quoniam nec de domiciliis provisum fuit. Jam vero si per saeculorum scalas ascendamus, observabimus, quemadmodum in *strategos* opusculi dixi, medicinam paucarum herbarum fuisse scientiam, medicinam vulgaria ac paratu facilia, quibus tamen sanitas amissa revocabatur, et revocata in longam annorum seriem protrahebatur. Descendamus hinc ad illa tempora, ubi Medicina Artis induit formam. Prodeat Medicorum *Coryphaeus*, simplicitatis medicamentum amantissimum! qui ptisana, melle, acetoy, lacte, hujus sere; aquis mineralidus, helleboroy, thapsia, seminibus laureolae et paucis adhuc aliis simplicibus cum morbis congre diebatur, eosque felicissime proterebat (1). Cur vero ceteri ejusdem ævi regiam hanc medendi viam reliquerint, et sesquipedalibus formulis uti maluerint; causa fuisse videtur alii sacra fames, et inanis gloriolæ cupidio (2), quæ vitia antiquissima esse, nemo, non nisi antiquitatum ignarus negabit. Pergamus ad Arabes. A se pimo inde sæculo, quo barbaræ gentes armis igne cædibusque et rapinis omnia replebant, atque nox atra involvebat Medicinam (3), facem

1) K. Sprengel Vers. ein. prägm. Gesch. d. Arzneyk. II. Aufl. I. Th. S. 422.

2) Ger. L. B. van Swet. Orat. de Medic. in pl. verba. p. 11.

3) Blumenb. In h. m. Seel. V. §. 94. p. 83.

accenderunt Arabes, ac prae ceteris Chymiam et Pharmaciam summopere collustrarunt 1). Si jam faciem Medicinas hujus gentis intueamur, vix præsumeremus, quempiam inter eos fuisse compositionum osorem; nihilosecius habuit simplicitas etiam horum quosdam patronos, quorum unum solum et præcipuum Alsa h rabi um memorasse sufficiat, qui nimiam in componendis medicaminibus curam vanitatem esse ait 2). Fecamus nunc pedem ad propiora templa, et excitemus Thomam Sydenhamum, qui intime persvasus fuit, Artis medicæ pompam non tam in formularum concinnitate, quam in morborum curatione certi 3). Devolvamus proprius et salutemus Fridericum Hoffmannum, in cuius operibus tanta præstant remediorum simplicitatis laudatae testimonia, ut, quibus potissimum hic utar, dubius ancepsque haerem. Inter cetera ait is 4): qui simplicissimis herbis, flosculis, et radicibus curat, omnium felicissime medetur. Et alibi 5): Ad morbos propulsandos non est opus tam ingenti medicaminum copia, sed paucioribus saltem ac simplicioribus. Suis in hujuscemodici sententiam pedibus venit M. Boerhaave, cuius in laudes erumpere, non convenit, quum is su-

1) K. Spreng. ebend. II. Th. 8. 346.

2) Freind Hist. med. p. 530.

3) Op. med. p. 314.

4) Diss. de Millefol.

5) Diss. de medic. simpl., motu, ined., usu fact. asin. etc.

prae omnem laudem est. Pressit ejus vestigia
E. B. van Swieten, cuius illustrissimum no-
men sine honorifica p̄fatione proferre erube-
scō. Eandem eum ipso viam calcavit celebri-
mus de Haen, qui in fronte suae Rationis me-
dendi i) declarat, se ægris aquam hordei et ave-
næ, Althæam vel Verbasci flores aut Rhœados
aliaque paratu et inventu facillima ; missisque
magniloquis et vaniloquis formulis totum se con-
secravit simplicibus, quæ vetustas cognovit,
neglexit posterior ætas; ex oblivione suscitan-
dis. 2). Itinam per hancce magnorum naturæ
Sacerdotum semitam, quæ ad generis humani
salutem dicit, hodie quoque omnes Medici pro-
cederent! Utiram aureum illud Jani Damasca-
ni. 3) ad suum filium monitum sancte observa-
rietur! his ille verbis utitur: Pharmaca tibi sint
certa et pauca usurpata, eaque, quibus maxi-
me uti possis, ac quorum operationes et poter-
statis jam multoties expertus es. Totius enim
multitudinis notitia incomprehensibilis est: ac
cum per singula volueris inquirendo discurrere,
multiplici diversitate distentus, nescies, cui de-
beas fidem adhibere.

Cunctis denique allatis pauca adhuc hoc
subjugo: Quemadmodum nec Typographis tot
literis est opus, quot verba imprimenda, nec

i) Tom. I. de medic.

s) Id. ibid.

3) Aphor. 33.

Pictori tot coloribus, ac penicillis, quot imagines pingendæ : ita nec Medicis tot medicamina sunt necessaria, quot morborum nomina. Pauca et efficacia, vernacula et certa, simplicia et levibus comparanda sumptibus, suo tempore, ac debito ordine data satisfacent et ægrorum valetudini, et Artis perfectioni, et Medici honori, et communi Reipublicæ bono. — Atque ita Dissertationi impono finem fatens, materiæ hujusce veritatem longe pluribus ac gravioribus firmandam fuisse argumentis ; sed haec solum nunc humeri mei valent, plura ferre recusant.

Theses defendendae.

1.

Tussis convulsivæ proxima causa videtur esse miasma proprii generis, contagio se se propagans.

2.

Dies critici in febribus negari nequeunt.

3.

Angina membranacea est indolis inflammatoriae.

4.

Pleuritis per sputa non judicatur.

5.

Ad morbos inflammatorios graves cito et tueto sanandos plurimum contribuit venæ sectio.

6.

Febris petechialis propriae indolis non datur.

Statas putridus in morbis perperam & solo infecto aëre repetitur.

Quod est in 89a respondit 1.7.611

Rabiei caninæ causa nec æstus, nec frigus, nec inedia, nec ferventes cibi, nec fictilie sub lingua assumptus vermis, nec iracundia protracta, sed œstum venereum diu vexans & non pacatum.

Indoles passionis hysterice huicdum non satis determinata.

10.

Simplicitati præprimis in præscribendis remediis studendum.

11.

Dantur remedia specifica.

12.

Vaccina tutos reddit homines a variolis, et est caeteroquin innocua.

13.

Sine Cortice Peruviano, Opio, Camphora; Mercurio, Ipecacuanha, venaæ sectione, et Vesicantibus Ars medica exerceri nequit.

14.

Explicationes actionis mercurii specificæ in Lue venerea pulchrae potius quam verae.

15.

Aqua frigida in morbis contagiosis et exanthematicis sive repente aegris adfusa, sive balnei forma exhibita, est anceps remedium.

16.

Novi quandoque morbi emergunt.

17. Delirium a mania probe distinguendum.

18. Veneni definitio logica non datu.

19. Individua ex familia, cui mania est haereditaria, ab incendo matrimonio legibus politici severissime retineantur.

20. Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.

21. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

22. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

23. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

24. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

25. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

26. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

27. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

28. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

29. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

30. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

31. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

32. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

33. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

34. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

35. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

36. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

37. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

38. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

39. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

40. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

41. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

42. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

43. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

44. ~~Signa, quibus innoteat, iumentum per alium fuisse suspensum, saepe factitiosi.~~

Österreichische Nation



+Z17027180

